

Zeitschrift: Anzeiger für schweizerische Geschichte = Indicateur de l'histoire suisse
Band: 12 (1914)
Heft: 2

Artikel: Ein Brief des Heinrich Glareanus an Jörg uff der Flüe vom 19. Dezember 1520
Autor: Imesch, D.
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-60925>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 15.03.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

endtllich wari kuntschafft mugend haben. Es ist auch noch unfer mainung, die herren hertzog von Safoy und margis von Montfärrär zefrafen, umb das sy hilff und rat wider uns thün und gschickt hand, one angesehen buntgnos oder lantmanschafft. Hiemit bewar üch got und bevilh mich mit aller undertänigkeit zü allen ziten. Datum zu Nawerra, fritag frü nach Medardj anno [MD] XIII¹⁾

ü[wer] g[naden] undertäniger
und gantz williger

Ludwigk von Fulach²⁾
hauptman.

Und auf der Rückseite:

Denn fromenn, edlenn, vestenn, wifenn herrenn hern burgermaister und rat zü Schaffhufen, minen gnädigen, lieben herren.
(Spuren des aufgedrückten Verschlussiegels.)

Ein Brief des Heinrich Glareanus an Jörg uff der Flüe vom 19. Dezember 1520.

Nachstehender Brief des berühmten Humanisten Heinrich Loriti, gewöhnlich Glareanus genannt, befindet sich im Besitze des Herrn Henri de Lavallaz in Sitten, der denselben mit liebenswürdiger Zuvorkommenheit für diese Publikation zur Verfügung stellte. Das Schreiben zeigt bei den Falten einzelne brüchige, daher unleserliche Stellen, ist sonst gut erhalten und weist Spuren eines Siegels auf.

«Glareanus Poeta Regius D. Georgio Super Saxo Equiti Aureato Salutem Dixit.

Quae de filio tuo scribis, vir clarissime, atque idem ornatissime, quamcumque illum mecum esse cupias erudirique bonis litteris plane intellexi epistola illa e Lugduno missa¹⁾. Verum ut apte respondeam, neque suggerit animus, neque ipse sane rationem invenio. Non quod du-

¹⁾ 10. Juni 1513.

²⁾ Ludwig von Fulach wird bei J. J. Rueger als Gerichtsherr zu Thayngen erwähnt. Laut Anmerkung 7, S. 731 unt. erscheint er seit 1507 oft in den Urkunden als Vogtherr zu Thayngen.

¹⁾ Von den Söhnen Jörgs sind uns bekannt Franz, Domdekan von Sitten, Georg, Johann, Franz II. (de Rivaz. Op. hist. IV. p. 390.) Wahrscheinlich handelt es sich im vorliegenden Briefe um keinen von diesen, sondern eher um einen Kleinsohn Jörgs. 1502, 5. Mai vermählte sich Christina, die Tochter Jörgs, mit Ludwig de Platea von Sitten. Johann de Platea, der 1519 in der Matrikel von Orleans erscheint (Blätt. a. d. Wall. Gesch. IV, p. 116), dürfte ihr Sohn sein, und von diesem ist hier wohl die Rede. Denn der Context des Schreibens ergibt, dass der Jüngling, um den es sich handelt, bisher in Orleans studiert hat.

bitem benignitatem tuam laboribus meis abunde responsuram, sed quod iuvenem non viderim, quod, quam condicionem pari possit, nesciam. Praeterea quanto tempore Luteciae sim mansurus istuc ipsum etiam mihi in dubio est. Porro quod de mea fama tanta praedicat, habeo equidem diis gratiam, quod in asp etiam hos unquam poterit. Verum id facit candor et nimius amor mei quorumdam amicorum meorum nimis amico animo indulgentium. Qui ex mure elephantum faciunt, laudesque ingenteis de me praedicant, quas neque merui, neque lubens, nisi impudens sim, agnosco. E quorum numero est D. Simon Albinus, praetor Sedunensis, homo mihi Agrippinae aliquot annis ita familiariter notus, ut frater ille mihi, neque secus ego illi videri potuerim. Praeter ingenuum animum vir etiam rhetoricam [?] et humanas disciplinas plurimas edoctus²⁾. Sed nolo diutius de eius laudibus ne reprehendendus iuxta proverbium, mutuum muli se scabunt. Rationem, qua et quibus cum victito, paucis deliniabo. Magnifici domini Helvetii Luteciam hanc ob causam juvenes miserunt, ut Latinam et Francicam linguam discerent, et si qui vellent, Graecam. Quod vero sub prioribus regibus parum profecerint Luteciae quondam, sic nec Ticini in Italia paucos ante annos, in causa existimarent fuisse, quod inspectore et censore caruerint. Quamobrem cum eam rem Friburgi D. Renato ex Allobrogibus nostro nunc Magno Magistro Franciae³⁾ proponerent commotus consilio Falconis⁴⁾ et Melantithaei consulis Tugini⁵⁾, qui ambo fato concesserunt, me potissimum elegit, qui huic negotio solita diligentia praeessem⁶⁾. Quare ego nunc Parisiis observator et velut ἐπίσκοπος illorum sedeo. Quod vero ipse Francice nesciam, solos eos mecum habeo, qui Latine discunt. Et domi meae omnes Latine loquimur, quoties autem quis Gallice discere cupit, eum ad cives relego. Ea ratio est mutandi juvenes, eo pacto et Francice et

²⁾ Simon Inalbon v. Sitten wurde am 27. Juli 1507 an der Universität Köln immatrikuliert (Blätter a. d. Wal. G. IV, p. 121) und erwarb daselbst den Grad eines Meisters der freien Künste. Um eben diese Zeit studierte auch Glareanus in Köln (O. F. Fritsche: Glarean, sein Leben und s. Schriften, p. 4 u. 5.) Simon Inalbon wurde 1518 Landeshauptmann v. Wallis und spielt in den Kämpfen Jörgs gegen Schiner eine nicht unbedeutende Rolle.

³⁾ René, der Bastard von Savoyen, war des öftern Gesandter des französischen Königs in der Eidgenossenschaft und vermittelte unter andern den ewigen Frieden, der 1516, 29. November zu Freiburg zwischen Frankreich und der Schweiz abgeschlossen wurde. (Vergl. Freiburg. Geschichtsblätter XII, p. 96 etc.)

⁴⁾ Peter Falk, der berühmte Staatsmann von Freiburg. (Freib. Geschichtsbl. XII, p. 97 u. 111.) Fritsche, Glarean a. a. O. p. 20.

⁵⁾ Hans Schwarzmurer, Ammann von Zug, der 1517 mit Falk nach Paris reiste, um dem König die Friedensurkunde von Freiburg zur Besiegelung zu überbringen. (Freib. Gesch. a. a. O. p. 97.)

⁶⁾ Seit 1518 bis 1522 weilte Glarean in Paris, genoss ein königliches Stipendium von 150 Fr. und eröffnete eine Bourse für Schweizerstudenten. (Fritsche, Glarean a. a. O. p. 20 etc.)

Latine discunt omnes. Bona pars etiam Graece, quibus etiam potissimum succurro, quondoquidem notum est omnem eruditionem e Graecis ad Latinos emanasse, et propemodum caecam, nisi ex primis hauriatur fontibus. Lego itaque Homerum nunc Graece et Livium Latine. Lecturus deinde Ciceronis aliqua et Caesaris commentaria, non relicturus Geographiae principia et quae ad Mathematicas disciplinas pertinebunt. Verum ii qui mecum sunt bona ex parte suis stipendiis, me dumtaxat, non Luteciam ipsam secuti, laboribus meis, ut non modo censorem sed etiam praeceptorem agam, abunde satisfaciunt et animum precium constituunt, quamquam id ipsum inaequale, ut cuiusque facultas potest, nam de me ut melius quisquis mereatur, etiam inter eos aemulatio est. Neque vero id absque commodo illorum, non nam minus libere vivunt mecum, quam ego ipse. Ita autem me ipse constrinxi, ne fortasse subrepat animo tuo, nil nisi licentiam domi meae regnare. Hebdomodatim in cibum singuli singulos spissos nummos seu mavis testones perferimus, nec minus ego perfero quam alii. Eadem mensa omnes sedemus. Vineam vero e forso vasatim emimus. Id nam minus iuvenili stomacho nocet, quam quod quotidianum aliud atque aliud emitur; et in eam quidem rem Francicus omni mense cedit.

Novem autem mecum sunt. Ex Glareana duo, e Tiguro unus, Lucernates tres, Urus unus, Bernas unus, e Sylvania unus, omnes praetorii, omnes patricii. Inter eos consulem (?) ago, partitis aliis inter eos honoribus, ut sint censores, praetores, tribuni, triumviri, aediles, quaestores, praeterea publicolae et apparitores; idque exemplo Pomponii laeti, clarissimi viri, qui non multos ante annos Romae vixit, instituimus, ut quoties Romanae leguntur historiae, obversetur animo juvenili nominum memoria et quasi per lusum irrepit, quae abolevit res Romana. Census domus est in treis coronatos et trientem excessit, sed est nobis domus egregia. Caetera omnia ad victum et censum spectantia non summam 24 coronatorum superant. Caetera quae accidunt fortassis tantum. Porro nihil adeo horresco in filio tuo, quam quod audiam eum a quodam Sabaudico hausisse istud barbarum idioma, et sciam, experimento edoctus, nihil aequae obstare bonae educationi quam in iuventute male institui, duplex nam labor frequenter nascitur, et dediscendi et discendi. Ad haec sunt pertinaces, antequam docti sint, deinde pertinentia opinionem ingerit, et ignorantia sub spe scientiae sibi plaudit. Neminem nomino, sed taleis aliquando vidi. Si afferet iuvenis, potuissem unica praefabulatione discere, quod spei esset, nunc vero audio illum Aureliis iam annum habitasse. Ubi, deum immortalem precor, quid aliud quam meram barbariem haurire poterit? Quod si accessit ille praeceptor, quem puto, bellus ὄνος πρὸς λῦρας, nisi felix sit ingenium, numquam aut profecto difficulter respirabit. De tempore, quo mansurus sim Luteciae, nihil ferme certi scribere possum nisi de sesqui anno. Et dominus

Albertus a Lapide⁷⁾, vir qui me Parisiis magnificentissime tractavit, qui sini probe novit, nam officio meo, quamdiu adero, nunquam deero. Tuae dominationi et unicuique Helvetiorum paratus servire, adeo tamen ut libertas mihi libera servetur, adeo ut factionibus me nemo includat. Neque nam si quicquid tibi cum cardinali litis est, id magnopere ad me spectat, quemadmodum nec contra ad illum, si tibi et tuis inserviero. Comedi aliquando cum eo Tiguri, neque invitatus. Nihil ad me contentiones illae. Si ad Sedunos venero, ut olim fui et a d. Simone Albino honestissime tractatus,⁸⁾ tecum commedero, tecum bibero, tecum etiam si voles nudus saltavero, ut in proverbio dicitur, hoc est, totus tuus ero, tibi et tuis similibus in obsequendo audiens. Vale.

Luteciae decimo quarto Calendas Januarii anno a natali Christi MDXX.

Longus sum, ineptus sum; sed necessitas postulasse videtur. Non ero deinceps unquam tam molestus. Saluta nomine nostro dom. Simonem praetorem.

[A tergo] Generoso et nobili viro d. Georgio Supersaxo amico nostro et domino in primis venerando. Sed».

(Spuren des Siegels.)

Naters.

D. Imesch.

⁷⁾ Albrecht von Stein, aus Bern. (Vergl. Blösch. In der Allg. deutsch. Biographie. Bd. 35, p. 596 u. fg. und in der Sammlung bernischer Biographien. Bern, 1896. Bd. 2, p. 514 etc.)

⁸⁾ Die Reise Glareans ins Wallis fällt in das Jahr 1515. (Centralblatt für Bibliothekswesen. Jahrg. 1888. — Fritsche, Glareana, p. 89.)